Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

69

ad impleuit Qua propter ecclesiastica
res publica dupliciter habet consi
deracionem Prima est de disposicione
celestium ministeriorum angelorum agminibus
Secunda est in ordinacione terrestrium
in ecclesiasticorum officiorum ordinibus
Nota de celesti Jerarchia
In prima notatur tam Jerarchiarum
distinctio officiorum racio colle
cium in minacio De primo sci
endum quod in angelis alii aliis sunt
prelati et alii aliis sunt subiecti
alii aliis sunt superiores alii al
iis inferiores Beatus dyonisius
in libro celestis Jerarchie dis
tinguit tripliciter Jerarchiam et in
unaquaque sunt tres ordines Tres
superiores scilicet seraphin cheru
bin thronj tres medij domina
ciones principatus potestates Tres
inferiores virtutes Archangeli
angeli Nos quidem dicimus invisibi
les invisibilium ut dicit Augustinus
super Genesim solus ille ponda
re potuit qui omnia in numero et
pondere et mensura disposuit
in se ipso qui est mensura omni
rei modum prefigens et numerus omni
rei speciem prebens et pondus
omnem rem ad stabilitatem tra
hens terminans formans et or
dinans omnia Superiores secundum
eundem tripliciter actu exercent in
inferiores scilicet purgatiuum illumina
tiuum perfectiuum non tamen purgatur
ibi aliqua feditas nec illuminatur
tenebrositas nec perficitur

instabilitas Sed purgare dici
tur quandam minoris sciencie detensione
et illuminacio cuiusdam luminis scien
tifici supervenientem et perfectio ipsius
luminis supervenientis confirmacionem Hic
eciam alii mittunt alios ut probat
Gregorius exaudite zacharie 2 ubi
dicitur Angelus qui loquebatur in me egre
diebatur et alius angelus egredi
ebatur in occursum eius et dixit Curre
et loquere ad puerum istum absque
muro habitabitur ierusalem dum n
angelus angelo dicit curre et lo
quere Dubium non est quod alius ali
um mittit minora igitur mittuntur
maiora qui mittunt Sed omnes ut
dicit apostolus hebreos 1o sunt administra
torij spiritus missi propter eos qui here
ditatem capiunt salutis De
secundo officiorum racionem tangamus
breuiter ex dictis beati Gregorii In in
feriori Jerarchia sunt angeli qui
vocantur nuncij angeli in greco la
tine nuncij nuncupantur Archan
geli vero dicuntur summi nuncij virtutes
dicuntur per quos signa et miracula
fiunt In media Jerarchia potesta
tes dicuntur qui hic potencius in suo
ordine perceperunt ut eorum dicioni
virtutes aduerse subiecte sint quarum
potestate refrenantur ne corda ho
minum temptare prevaleant quantum
volunt Principatus dicuntur qui
ipsis bonis spiritibus angelorum
presunt qui subiectis aliis
De officiis angelicis